BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA

Salzburg, 1471 Seite 237r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



anhelitu Cuius descriptio e
hec ℞ granorum pinearum ʒ. ß.
granorum sebesten numero xx. pas-
sularum nigrarum ʒ. vj. liquiritie
rase ʒ. j. ß. capillorum veneris
ʒ. ij. Infundantur grana et se-
besten in aqua decoctionis
liquiritie per diem et noctem, de-
inde coquantur cum ea usque ad
consumptionem aque, tunc quo ab-
iectis ossibus sebesten ultima-
te conterantur in mortario, et
incorporentur cum ʒ. iij. penidiarum
et ʒ. iij. zuccari 2e decoctio-
nis. et fiat electuarium ulti-
mate conterendo, huic enim
viro necessarium esset secum
semper habere de hoc electu-
ario, semper enim propter mutati-
onem qualitatum diversarum ae-
rearum et propter varietatem ci-
bariorum et potuum et exerci-
ciorum movetur et fluctuat,
materie que frequenter in pul-
mone et pectore recepte,
pariunt accidentia valde diffi-
cilia a quibus usus huius
electuarij feliciter preservaret
ipsum. Quartodecimum In-
strumentum, ℞ resine clare
et electe ʒ. j. ß. laudani ʒ.
ij. lignialoes. gallie musca-
te ana ʒ. j. mente balsamite
gariofilate ana ʒ. ß. macis
gariofe ana ʒ. j. cimini ameos
carui ana ℈. j. storacis cala-
mite ʒ. ij. dissolvantur et coqua-
tur. gumme cum vetusto vino
potenti et cum sufficienti quan-
titate cere, fiat cerotum bene
tenax quod extensum super panno
de grana, sperico, et bene
magno, portetur ita ut com-
prehendat regionem agrinato.
usque ad umbilicum et medio-
critatem ypocondriorum et potenter
rectificat stomachum epar et

ysopi ʒ. j.
fisticorum ʒ. ij.

non illud
cerotum per
stomacho
epate et
intestinis

intestina Ultimum Instrum.
seu remedium. Ut si in hoc vio
quoque presentarentur urine albe
subtiles velut aqua aut serum
i. chäswasser, tunc dubitandum
est de eventu dolorum in renibus
de quibus non habeo suspicionem
leve. Tunc ergo fiat linimentum
a medio spatularum per totam spi-
nam usque in finem cum hoc unguento
actu calido ter vel quater in
die supponendo pannum lineum du-
plicatum et calidum. ℞ olei de vi-
olis citrinis ʒ. ij. olei liliorum
alborum ʒ. j. spodij ʒ. j. seminum
endivie scariole ana ℈. ij. spice
nardi ʒ. j. violarum florum nenu-
faris florum eupatorij ana ℈. ij.
cere albe quantum sufficit, fiat
unguentum mediocris molliciei
in cuius fine ponantur grana v.
camphore, hoc enim unguentum
defendit renes ab agitatione
materierum resoluendo materias
et sedando dolores, quod totum
et omne complementum sanitate
concedat ei altissimus saluator
cunctipotens, dominus noster Ihesus Christus
ad laudes eius in mortales. Am-
stud est regimen in administra-
cione sex rerum non naturalium
consilij immediate precedentis
quod debeat poni ante modos
curationum eiusdem ut patet
per modum quo incipit ipsum
regimen. Priusquam modi cu-
rationum huius viri assignentur
necessarium est rectificare ad-
ministrationem sex rerum non
naturalium. Non enim instrumenta
medicinalia convenienter operari
possent in eo nisi debita men-
sura sex rerum non naturalium
premitteretur. Capitulum primum
est de Aere. Itaque pro electione

Ibi non de
renibus
unguentum

Ibi non
diligenter

237